

THEOLOGIA

MORALIS UNIVERSA

R. P. GABRIELIS ANTOINE

A REVERENDO PATRE

PHILIPPO DE CARBONEANO

PRIDEM NOTIS, ET APPENDICIBUS AD USUM MISSIONARIORUM,
POTISSIME AD SACROS CHRISTIANORUM RITUS, ET ECCLESIE ORIENTALIS
DISCIPLINAM SPECTANTIBUS AMPLIFICATA,

*Dein novis accessionibus ex geminis scholarum & Ecclesie Doctores S. THOMA
AQUINATE & S. BONAVENTURA CARD. depromptis ad PAROCHOS,
CONFESSARIOS, presertim vero ad STUDIOSAM JUVENTUTEM
informandam aucta, & illustrata*

A R. P. BONAVENT. STAIDEL M. C.

ACCEDUNT

TRIA OPUSCULA EX AUREO MELCHIORIS CANI DE LOCIS THEOLOGICIS LIBRO
DESUMPTA, ET DISCEPTATIO PROOEMIALIS DE LEGE DIVINA.

EDITIO X. ABSOLUTISSIMA

A JO. DOMINICO MANSI

ARCHIEPISCOPO LUCENSI

MEDULLITUS INSPECTA, PERMULTIS ALIIS ADDITIONIBUS EX OPERIBUS
BENEDICTI XIV. ET CLEMENTIS XIII. & XIV.

*Litteris apostolicis excerptis locupletata, correcta, nonnullis figuris aeneis
in fronte quorundam Tractatum ornata,*

ET IN SEX TOMOS DISTRIBUTA.

TOMI SECUNDI PARS SECUNDA.



V E N E T I I S M D C C L X X X I I .

APUD ANTONIUM ZATTA

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione, del P. F. Filippo Rosa Lanzi, Inquisitor Generale del Santo Officio di Venezia nel Libro intitolato: *Theologia Moralis uniuersa a R. P. Paulo Gabriele Antoine primum concinnata &c.*, non v'esser cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi; concediamo Licenza ad Antonio Zatta Stampator di Venezia che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 4. Novembre 1768.

(ANGELO CONTARINI PROC. RIFORM.
(ALVISE VALLARESSO RIFORM.
(FRANCESCO MOROSINI 2. CAV. PROC. RIFORM.

Registrato in Libro a carte 364. al Num. 2601.

Registrato al Magistrato della Bestemmia in libro a carte 5.

Davidde Marchesini Segretario.

Andrea Grattarol Segretario.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Concediamo Licenza ad Antonio Zatta Stampator di Venezia di poter ristampare il Libro intitolato: *Theologia Moralis Uniuersa P. Gabrielis Antoine &c.*, a P. Dominico Mansi Archiepisc. Lucens Medullitus inspecta &c., osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 27. Ottobre 1774.

(ANDREA QUERINI RIFORM.

(GIROLAMO GRIMANI RIFORM.

(SEBASTIAN FOSCARINI CAV. RIFORM.

Registrato in Libro a Carte 171. al Num. 142.

Davidde Marchesini Segretario.

I N D E X.

TOMI SECONDI PARS II.

TRACTATUS

De Contractibus.

PARS I. D E Contractibus in genere. Pag. 1	
CAP. I. De natura, & divisione, & effectu Contractus.	ibid.
CAP. II. De consensu ad valorem contractus requisito.	5
CAP. III. De iis qui contrahere possunt.	8
PARS II. De Contractibus in specie.	9
CAP. I. De promissione.	ibid.
CAP. II. De Donatione.	12
CAP. III. De Mutuo, & Usura.	14
CAP. IV. De Depósito, Commodato, Precario, & Mandato.	26
CAP. V. De Emptione, & Venditione.	29
CAP. VI. De Locatione, & Conductione.	37
CAP. VII. De Censu, Emphyteusi, & Feudo.	39
CAP. VIII. De Contractu societatis.	40
CAP. IX. De Cambio.	42
CAP. X. De Transactione, Affectatione, Fideiussione, Pignore, & Hypotheca.	44
CAP. XI. De Ludo, & Sponsionibus.	45
CAP. XII. De ultimis Voluntatibus.	47

TRACTATUS

De Beneficiis Ecclesiasticis.

Q uestiones preambulae de Beneficiis.	49
§. I. De libera Collatione.	50
§. II. De Praesentatione, & jure Patronatus.	ibid.
§. III. De Electione, Postulatione, & Confirmatione.	51
§. IV. De Resignatione.	ibid.
§. V. De Permutatione.	52
TABUL. De Matutino privato.	59
Appendix Compendiaria ex operibus Ben. XIV. Quoad Doctrinam de Beneficiis.	59

TRACTATUS

De Obligationibus specialibus certorum Status & Officiorum.

CAP. I. D E Obligationibus Clericorum. & Dissertatio de Negotiatione Clericorum.	65
SS. D. N. CLEMENTIS XIII. Epistola Encyclica adversus Clericos Negotiantes.	73
Dissertatio de Peculato Clericorum.	89
CAP. II. De statu & obligationibus Religiosorum.	99
CAP. III. De Obligationibus Conjugum.	110
CAP. IV. De Obligationibus parentum & liberorum, & aliorum superiorum & inferiorum erga se invicem.	115
CAP. V. De Obligationibus personarum Judicialium vel Forensium.	121
§. I. De Judice.	ibid.
§. II. De Accusatore.	124
§. III. De Testibus.	125
§. IV. De Reo.	127
§. V. De Obligationibus Advocati.	129
§. VI. De Regule obligationibus Referentis, Secretarii, Notarii, Procuratoris, & Apparitoris.	130
CAP. VI. De Obligationibus Ducum & Militum.	131
CAP. VII. De Obligationibus Medicorum, Pharmacopæorum, & Chirurgorum.	132
Obligationes Rusticorum & Opificum.	133

TRACTATUS

De Sacris Christianorum Ritibus.

CAP. I. D E Rituum definitione, & divisione.	135
CAP. II. Regule explicantur, quibus facilius superstitiosi Ritus cognosci queant.	137
CAP.	

IV
CAP. III. De natura, origine, utilitate, & necessitate Sacrorum Rituum. 140
PROP. I. Sacer Ritus esse non potest actus illicitus. ibid.
PROP. II. Ritus sacrilegiam, qua instituti sunt auctoritate mutari possunt. ibid.
PROP. III. Si ritus ex hominum causa ad superstitionem, vel haeresim fovendam adhibeatur, aut in Dei injuriam cedat, prudenti economia mutatur, & quandoque etiam aboletur. ibid.
PROP. IV. Ritus legitima auctoritate institutus vel comprobatus, si in Dei cultum, & gloriam augendam referatur, licite & utiliter adhibetur, licet antea Ritum fuerit falsae religionis, & idololatrae gentis. ibid.
PROP. V. Exterior Dei cultus, & Ritus sacri nominis a Deo originem habent. 141
PROP. VI. Sacri Ritus in hac providentia non solum sunt utiles, sed etiam necessarii. ibid.
CAP. IV. De Christianae Ecclesiae Ritibus, ubi praecipui circa eosdem errores Haereticorum, qui sunt hac aetate nostra in Occidentali Ecclesia, recensentur, & confutantur. 142
PROP. I. Exterior Catholicae Ecclesiae cultus Christianae Religionis simplicitati non adversatur. ibid.
PROP. II. In Christi Ecclesia vera inest instituentium Rituum potestas. 144
PROP. III. Hujusmodi Ecclesiae potestas cum auctoritate conjuncta est ferendi leges. ibid.
PROP. IV. Potestas circa sacra a Deo Ecclesiae concessa, non inest saeculi Principibus. 146
PROP. V. Potestas erga sacra, sive jus ferendi Leges ad Dei cultum & Ecclesiae disciplinam pertinentes a Christo Ecclesiae suae collatum, in solis Episcopis residet, qui jure divino Presbyteris aliisque Ministris superiores sunt. 147

PROP. VI. Suprema in Ecclesia potestas in Romano Pontifice Petri Successore residet, ejusque auctoritati omnium Episcoporum jurisdictioni subiecta est. 151
CAP. V. Romanae atque Catholicae Ecclesiae Ritus a superstitionis nota vindicantur. 152
CAP. VI. De Ecclesiae Orientalis Ritibus, eorumque varietate. 156
§. I. Describitur generatim Orientalis Ecclesiae. ibid.
§. II. De Schismaticorum, Haereticorumque Sectis, quae in Orientali Ecclesia sunt: deque praecipuis eorumdem erroribus. 160
§. III. De propriis Orientalis Ecclesiae Ritibus, eorumque varietate. 162
CAP. VII. De Apostolicae Sedis economia in disciplina unitate tuenda ac procuranda, & in tolerandis diversis aliarum Ecclesiarum praesertim Orientalium Ritibus. 172
CAP. VIII. De Obligatione quam quisque habet in suscepto Ritui permanendi. 174
§. I. De Obligatione, quam habent manendi in suscepto Ritui Orientales, qui ejusdem Ritus Episcopis subsunt. 175
§. II. De Obligatione, quam habent manendi in suscepto Ritui Orientales, qui in Latinorum Ecclesiis degunt. 176
§. III. De Obligatione, qua Latini in proprio Ritui permanere tenentur. 178
CAP. IX. De Ritibus Apostolicae Sedis auctoritate praescriptis, deque iis, qui rejiciendi videntur. 179
§. I. De praescriptis Ritibus Sinensibus, & Malabaricis. ibid.
§. II. Recensentur ea, quae praescripta sunt in Constit. Benedicti XIV. Inter omni-genas, quae est pro Incolis Regni Suediae, & finitimarum Regionum. 181
§. III. De reliquis Ritibus, qui vel praescripti sunt, vel rejiciendi videntur. 182

TRA-



TRACTATUS DE CONTRACTIBUS. PARS PRIMA. De Contractibus in genere.

CAPUT PRIMUM.

De natura, divisione, & effectu Contractus.

Quest. I.



Quid est Contractus?

Resp. Contractus late sumptus idem est ac Pactum, quod l. 1. §. de pact. definitur: Duorum, pluriumve in idem placitum consensus, obligationem scilicet patiens, vel in utraque parte, ut venditio; vel saltem in una, ut promissio gratuita acceptata. Contractus stricte sumptus est pactum obligationem mutuum inducens: sive est duorum, vel plurium in idem consensus ac conventio, obligationem mutuum patiens, ex l. 19. §. de verb. signif. ubi dicitur esse ultra citroque obligatio. Hinc contractus stricte sumptus differt a pacto, quod hoc praescindat a mutua obligatione, ille vero semper mutuum inducat.

Quest. II. Quenam requirantur ad valorem contractus?

Resp. Quatuor. 1. Habilitas personarum ad contrahendum. 2. Capacitas rei ut contractui subiciatur. 3. Consensus mutuos, & quidem signo externo expressus: nam per contractum homo homini obligatur more humano, qui est ut signo sensibili explicet alteri consensum internum, qui ab eo acceptetur. Perro in conventionibus, contrahentium voluntatem patius, quam verba spectari placuit. l. 29. §. de verb. signif. 4. Forma substantialis a jure praescripta, si aliqua sit constituta. Nam nulla res potest subsistere sine sua forma substantiali: alioquin illa forma simul esset substantialis, & non esset.

Antoine Theol. Moral. T. II. P. II.

Quest. III. Quomodo dividuntur contractus?

Resp. Dividuntur, 1. In formalem seu expressum, & virtuale seu implicitum. Contractus formalis seu explicitus est ille, quo duo vel plures expresse conveniunt de eadem re cum obligatione mutua, vel saltem unius erga alterum. Contractus virtualis, seu quasi contractus est, cum tacite suscipitur obligatio iustitiae ex facto aliquo licito, v. gr. absentis negotiorum gestione, hereditatis additione, vel acceptance officii aut muneris abique ulla expressa pactione, qualem obligationem in se recipiunt princeps, magistratus, praetor, tutor, negotiorum gestor, medicus, advocatus, administrator, artifex &c. Qui enim officium ad aliorum commodum prestans suscipit, eo ipso se obligat ad procurandum bonum alterius, in cuius gratiam exercetur; & sepe alter obligatur vicissim erga illum vi legis, aut consuetudinis, aut pacti saltem impliciti. Iste conventio tacite vocantur quasi contractus, eorumque vim habet in ordine ad obligandum ex iustitia.

2. In nominatum, & innominatum. Contractus nominatus est, qui nomen proprium habet, ut emptio, locatio &c. Innominatus est, qui tantum habet genericum nomen, ut pacti, contractus. Hujus sunt quatuor species, scilicet: do ut des, da ut facias, facio ut des, facio ut facias. l. 5. §. de praescript. verb. Hi contractus innominati id proprium habere dicuntur, quod ab eis pars contrahens restituere possit quamvis altera eos non implevit. Sic v. gr. si tibi dedi pecuniam ut ires Lugdunum, jure civili possum pecuniam tibi datum repetere, si nondum ieris, nec illos sumptus ad hoc feceris.

3. In gratitum, & onerosum. Gratuitus est ille,

A in

in quo nihil rependitur, seu in quo nullam intercedit pretium aut merces, ut commodatum, mutuum &c. Onerosus est, in quo aliquid rependitur, seu in quo datus accipit pretium aut mercedem, ut emptio, locatio &c.

4. In contractu bone fidei, & stricti juris. Contractus bone fidei dicuntur ii, in quibus servari debet non solum id de quo conventum est, sed etiam id quod equum bonumque iudici videretur, quamvis non sit expressum in contractu: quia in his bona fides spectatur in ordine ad obliquum vel restituendum, vel restituendum, vel compensandum, vel prestandum: tales sunt emptio, venditio, locatio, conductio, depositum, commodatum, mandatam, societas, pignus, permutatio. Contractus stricti juris sunt ii, in quibus agitur in rigore verborum, seu juris scripti, prout scilicet in contractu, vel dispositione fuit expressum, & de quo conventum est: tales sunt mutuum, stipulatio, donatio, promissio liberalis, legatum, testamentum, emphyteusis &c.

5. In nudum, & velatum. Nudus est mera conventio carens firmamento, quod pariat actionem in foro externo: talis est contractus omnis inanimatus antequam sit ex altera parte impletus, nisi accedat formula stipulationis, vel juramentum. Velatum est conventio innixa aliquo firmamento, vi cuius pariat actionem civilem, qualia sunt scriptura, testes, juramentum.

6. In eos qui re, seu traditione rei perficiuntur, ut mutuum, commodatum, precarium, depositum, pignus. Et in eos, qui solo consensu perficiuntur, cuiusmodi sunt emptio, venditio, locatio, conductio, societas, mandatam, emphyteusis &c.

7. Denique in purum, cum nullum additur accidens, hoc est, qui fit sine conditione, modo, sive solutione ad diem &c. & non purum, cui additur accidens: & hic quintuplex est. 1. Dicitur ad diem, cum præstatur dies, ante quem non oritur obligatio sciendi vel tradendi, aut actio. 2. Sub modo, cum additur modus sub quo contractus obligat, v. gr. Dono tibi vineam equum cum hac obligatione, ut loces domum tuam. Titulo. 3. Ad causam, cum fit ob aliquam causam. 4. Ad demonstrationem, cum apponitur aliquid signum ad rem, vel personam oblatendam. 5. Sub conditione, cum apponitur aliqua conditio.

Quest. IV. Quenam ex materia contractuum? Resp. Omnia bona, quorum quis & dominum & administrationem habet: nam bona illa possunt transferri in dominium, & administrationem, vel usum alterius.

Quest. V. An omnis contractus obligat in conscientia? Nota 1. Effectus contractus est obligatio, que definitur, Juris vinculum, quo adstringimur ad aliquid dandum, aut sciendum, aut patientium, vel non dandum, aut non sciendum. Triplex est obligatio. 1. Mere naturalis, que nascitur ex solo iure naturali, & semper obligat in conscientia, sed non parit actionem in foro externo. 2. Mere civilis, que parit actionem in foro externo, ob aliquam presumptionem factam, sed non obligat in conscientia. 3. Mixta, que & obligat in conscientia, & parit actionem in foro externo.

Nota 2. Contractus solubilis potest ex mutuo contrahentium consensu dissolvi, l. 25. §. de reg. jur. Quia

uterque contrahens potest cessare iure suo. Unus tamen obligatus non potest solvitur ab alio restituere l. 5. Cod. de obi. Nam alter habet jus in illum vi contractus.

Resp. Omne pactum validum, etiam nudum, parit obligationem in conscientia; licet in foro externo non tribuat actionem, nisi juramento confirmetur. *Et communis sententia.* Quia 1. Ad talem obligationem, supposita materie capacitate & personarum habilitate, ad obliquum vel restituendum, consensus mutuo signo externo declaratur; nam per illum datur alterutri vel utriusque jus aliquod, quod violare non licet. Nec plus iure gentium requiritur. *Quid enim tam contra bonam fidem, quam ea, que inter eos placuerunt servare?* l. 1. §. de pact. Nec obstat l. Juris gentium, ubi dicitur: *Nuda pactio obligationem non parit.* Nam sic agitur de obligatione civili. 2. Cap. 1. de pactis. *Studiosè agendum est, ut ea que promittuntur, opere compleantur.* 3. Lex divina etiam naturalis obligat ad servandam fidem datam, eamque fallere intrinsece malum est. 4. Alioqui pariter bona fides, sine qua stare nequit societas humana.

Dixi, validum. Nam omnis contractus iure positivo absolute irritus nullam parit obligationem in conscientia; quia revera nullus est, & perinde se habet ac si factus non esset; cum annullatus sit per legitimam potestatem, cui voluntates & bona subditorum subijciuntur. Quod si contractus non sit ipso facto irritus, sed tantum irritatus, obligat in conscientia, donec a iudice irritetur.

Quest. VI. An qui habuit animum contrahendi, sed cum voluntate expressa non se obligandi, manet obligatus? Resp. Si voluntas contrahendi prævaleret voluntati non se obligandi, si quoque magis efficaci & absoluta, tunc vere obligatur. Nam tunc fit verus contractus, qui necessario parit obligationem: si vero posterior voluntas prævaleat priori, vel utraque sit equalis, tunc nullus est contractus, quia deest voluntas efficaci vere contrahendi, cum essentielle sit contractui inducere obligationem. Sed tunc ratio injuria, quia iniuste proximum tecum bona fide contrahentem decessisti, teneris præstare id quod est exterius promissisti: nam teneris tollere iniustam deceptionem, habendo voluntatem veram te obligandi, & eam implere si alter velit.

Quest. VII. An contractus sine solemnitatibus a iure revocatus solus ligat conscientiam? Nota. Solemnitates sunt quidam ritus, seu conditiones, que secundum leges in contractibus adhiberi debent, v. gr. certus numerus testium.

Resp. Contractus defectu solemnitatis iure positivo invalidus non obligat in conscientia, & nullus est in utroque foro. Quia est sufficientis potestas in Ecclesia & in res. ad invalidandum actus subditorum, & ad præscribendum formam in contractibus, quia sub lata non obligat; nam hec potestas valde expedit, immo necessaria est ad bonum commune, & ad rectam administrationem, & voluntas ac bona subditorum subijciuntur potestati legislative in ordine ad bonum commune, & rectam illorum gubernationem, patetque ex pecc. v. §. in matrimonio clandestino, in contractu pepillii sine tutoris auctoritate &c. Enimvero si homines pri-

VAIS

vatis suis conventionibus quasdam condiciones apponere possunt, quibus deficientibus, conventiones illæ iam non obligant, & in irritum abeunt; a fortiori id possunt supremi Principes erga subditorum contractus propter bonam communitatem.

Hinc nullum jus possessoris competit ex hujusmodi contractibus. Nam prior dominus non ponit in illos transferre dominium rei, de qua disposuit contra legem irritantem, cum ejus potestas fuerit impedita ab auctoritate legitima & superiore. Et sic nullum jus retinendi habet, qui illam accipit ex pacto irritato per legem. Cognoscitur autem contractum esse invalidum, vel ex verbis legis, aut consuetudinis, vel si iudici contingeret nullam inesse fraudem, & tamen censorum nullus.

Obj. Lex irritans fundatur in presumptione fraudis. Ergo si constat nullam fuisse fraudem, valet contractus saltem in foro conscientie.

Resp. Lex irritans non fundatur in presumptione particulari fraudis in hoc vel illo contractu, sed fundatur in periculo fraudis, ut sepe contingit, aut cui datur occasio per ejusmodi contractus sollemnitatibus delictorum.

Objerva. 1. In omni contractu servari debent leges ac consuetudines loci in quo fit, ex cap. ult. de foro com. Et l. 6. §. de evic. 2. In contractu apponi possunt onera & obligationes ei ex natura rei non annexa, modo non repugnent nature contractus, nec lege prohibeantur; quia quisque potest juri suo cedere, & se obligare ad id, ad quod alias non teneretur. Sed debent onera illa compensari, cum sint pretio æstimabilia: alias non servarent æqualitas. Apposita autem impleri debent ex justitia, juxta reg. 85. jur. in 6. Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur, & l. 1. §. de desol. 3. Non omnis contractus factus contra legem est invalidus: nam multa fieri prohibentur, que facta tenent, ut constat ex jure: sic valet venditio rei jam alteri vendite, sed non dum tradite, quamvis sit illicita.

Quest. VIII. An contractus invalidus firmatur juramento, & obligat ex justitia? Nota 1. Aliud est, juramentum esse validum, & aliud contractum juramento firmari. Juramentum est præcise validum, quando servari debet ob honorem Dei adducti in testem, quamvis per illud nullum jus acquirat is, in cujus favorem factum est: unde inducit solam obligationem religionis, que tota respicit Deum, nec transit ad heredem, utpote personalem, tolliturque juramenti relaxatione. Personatum vero firmat contractum, quando validum contractum efficit, ideoque non solum inducit obligationem religionis, sed etiam justitiæ, & jus tribuit alteri. Unde obtemperandi juramenti relaxatione, remanet obligatio justitiæ orta ex contractu valido, que transit ad heredem, utpote realis, ex l. 8. §. de peric. & commodo rei vendite.

Nota 2. Juramentum sive firmiter contractum, sive non, est validum & obligat, quando potest servari sine peccato & damno alterius, ex c. 7. & 28. de jurejurando. Quia reverentia Deo debita id exigit, propter ejus auctoritatem interpositam.

Resp. 1. Ex communi sententia, contractus vi, (Vid. N. 180. & duos seq.) metu iniusto, vel dolo extortus, vel injuriam continens ex parte illius cui juratur, non firmatur juramento, ita ut rescindi non

possit, ex c. 28. de jurejur. Quia qui injuriam intulit, tenetur jure naturæ ac relaxare, & restituere alium in priorem statum ac libertatem; id eoque restituere jus ex promissione acquirunt, si quod fit. Unde talis non habet jus firmum & irrevocabile; juramentum enim non tollit injuriam acceptam, sed jurans potest ob injuriam acceptam petere & obtinere relaxationem juramenti, quia obtemperandi cessat omnis obligatio. Hinc quantumvis jurata debent observari ex obligatione religionis, c. 6. de jurejur. cum licite solvi possunt; tamen promissio illas observandi non firmatur juramento, nec usarius jus nolum ad illas acquirat, sed tenetur solutas restituere, ex cap. cit. Item id de promissione facta juri ex metu ab eo iniuste incusato.

Resp. 2. Contractus jure naturali invalidi non firmantur juramento. Patet nam juramentum non mutat naturam illorum, nec potest suppleri defectum substantialem, propter quem sunt irriti.

Resp. 3. Contractus iure positivo irritus non firmatur juramento, si irritatio facta sit immediate & principaliter propter bonum commune. *Et communis sententia.* Prob. tum ex c. 11. de foro com. ubi dicitur clericus non posse etiam cum juramento renuntiare privilegio fori, cum hoc principaliter concessum sit ordini & statui clericorum, & juri seu beneficio privatorum pacto derogare non possit. Tum quia tunc eo ipso contractus est in detrimentum communitatis, ac proinde res promissa non potest licite prestari, & sic juramentum nullum roborat, ex c. 28. de jurejur. Si vero irritatio facta sit immediate ac principaliter propter utilitatem privatam contrahentium, tunc juxta multos contractus juramento firmantur, modo absit injuria ex parte illius, cui juratur. Quia 1. tales contractus accedente juramento transferunt dominium, & dant actionem, tum ex jure civili, l. Sacramenta, cod. Si adversus vendit. ibi, Sacramenta puberum sponte facta super contractibus reorum suorum non retractandis involubiliter custodiantur. Tum ex jure canonico c. 2. de pacti. in 6. & ex c. 28. de jurejur. ubi Pontifex declarat contractum, quo uxore consentit in alienationem fundi dotalis, qui jure positivo irritus est, servari debere, si accesserit juramentum sine vi & dolo præstitum. Igitur cum jura tunc negent jus repellendi & reclamandi, quod concedunt quando reverentiam juramenti. 2. Quisque potest renuntiare favori pro se directe introducto per legem, nisi ob aliquam causam id prohibeat, ex l. 21. Cod. de Episc. & Cleric. Licet enim cedere juri & bono privato, cuius domini sumus. Ergo postea renuntiatione, perinde est ac si non effectus jus positum; at jure positivo seculo contractus illi sunt ex natura sua firmi & validi, ideoque perinde obligantur ex justitia, ac si per leges non fuissent irritati.

Si tamen legislator ita irritat contractum, ut nullam vim habere vellet in conscientia, quantumvis contrahentes velint, tunc non firmabitur juramento. Quia subditus non potest derogare potestati ac voluntati legislatoris, & juramentum, cum sit æquod contractui, non potest facere ut id, quod non est, valet.

Quest. IX. An & quomodo obligat contractus ad

A 2

quibusdam vero habet rationem vel motivi substantialis, ut in donatione, & promissione liberali; vel substantiae objecti, ut in matrimonio.

Nota 3. Illud censetur pertinere ad substantiam rei in contractibus, ad quod ex communi hominum usu, vel dispositione legis presumitur saltem implicite & virtualiter restricta contrahentium intentio, ita ut illo sublato tollatur intentio contrahendi.

Nota 4. Duplex est motivum contractus; unum intrinsecum ac substantiale, quod est id in quod voluntas primario fertur, dum contrahit, ut in matrimonio acquisitio domini in corpus conjugis, in emptione acquisitio rei venditae &c. Et aliud extrinsecum contractui, et tunc causa tantum impulsiva ad contrahendum, ut nobilitas, divitiarum in matrimonio &c.

Nota 5. Error vel dolus potest esse antecedens vel concomitans. Antecedens est, qui dat causam contractui ita ut sine illo non fuisset initus. Concomitans vero incidens est ille, qui non dat causam contractui, sed solum alicui conditioni eius, aut circumstantiae, in quantum scilicet sine illo contractus quidem fuisset, sed alia conditione, v.g. viliori pretio res fuisset empta, si aliquis defectus innotuisset.

Resp. 1. Quilibet error vel dolus circa substantiam rei, vel naturam contractus, vel motivum intrinsecum ac substantiale invalidat contractum jure naturae. *Et communis sententia.* Quia licet consensus in aliquid substantiale, quod ignoratur, voluntas enim non fertur in incoegitum, ex l. 13. & 14. §. de contrahen. emp. Et ex l. 9. Cod. de jur. & facti ignor. ibi: *Cum nullus sit erroris consensus.* At sine consensu circa omnia substantialia contractui, nullus est contractus, utpote a libera voluntate dependens, ut constat ex eius definitione. Hoc procedit, etiam si error sit concomitans, quia illo posito, non abest consensus substantialis, ob defectum cognitionis: *Cum non consentiant qui errant, quid enim tam contrarium consensum quam error?* l. 15. §. de iurisdic. At nihil subsistit sine eo, quod est de illius substantia.

Hinc 1. Si putarem tibi vendere agrum, & tu putares tibi donari, nulla est venditio, nam errat in specie contractus. 2. Venditio vasis auri pro auro nulla est. 3. Nullum est matrimonium cum Bertha, quae putatur Thiria. Item si quis salio putans matrimonium esse solubile, velit tantum facere contractum solubilem, & potius non contrahere: nullum est matrimonium. Si tamen intendens facere contractum solubilem, habet simul voluntatem generaliter faciendi contractum, quem alii faciunt, valet matrimonium vi illius consensus generalis, qui debet censeri absolutus & efficax.

Resp. 2. Si error vel dolus sit circa qualitatem, & non det causam contractui, ex communi sententia non irritat contractum: quia non tollit consensum circa substantialem. Unde si rem pluris emeris quam valet, tener contractus; sed venditor tibi restituere tener excessum pretii non solum supra summum, sed etiam supra illud iustum, quo sublato dolo, res vendita fuisset, quia excessus fuit dolo extortus, ideoque quoad illam facta est injuria: Nec contractus poterit irritari a decepto; quia dolo seu injuria non fuit causa contractus, & per restitutionem excessus pretii tollitur injuria, & deceptus

constituitur in eo statu in quo fuisset, sublato dolo. Immo etiam error, vel dolus circa accidentalia, vel causas, quae allicunt aut avocant a contractu, det causam contractui, non invalidat contractum, ex l. 5. Cod. de inutili sigil. Et l. 5. Cod. de rescind. Quia cum error vel deceptio non fit circa substantialem, non impedit consensum substantialem, & sic perficitur essentialiter contractus accidentia enim & extrinseca non tollunt substantiam rei. Idque patet in contractu matrimonii, quod juxta omnes valet, etiam contrahatur cum paupere, eo quod putetur dives. Nec refert, quod si levis illam qualitatem, vel conditionem rei, non contraxisset: nam actus iste voluntatis, qui sub conditione talis cognitionis futurus fuisset, non est actu, nec virtualiter, & sic nihil efficit, nec impedit consensum actualem absolutum ac sufficientem: alioqui omnes fere contractus nulli essent.

Error tamen circa qualitatem invalidat contractum, quando contrahens expresse, vel implicite non vult contrahere, nisi objectum sit tali qualitate affectum. Nam tunc qualitas illa simul cum substantia rei ingreditur objectum substantiale contractus, & non est voluntas contrahendi, nisi posita illa qualitate tamquam conditione.

Resp. 3. Quoties error vel dolus circa qualitatem, datus causam contractui, proreus a parte contrahente, contractus est validus, potest rescindi pro voluntate decepti, si solubilis sit; unde non est omnino firmus. *Et communis sententia.* Quia decipiens injuriam facit, quam teneri tollere, aufertendo dolum, & restituendo deceptum in eum statum, in quo erat ante contractum, & sic reddendo omnia infecta, si deceptus velit. Praeterea *frans* & dolus cuiquam parvocrari non debent, cap. 2. de excep. ac proinde deceptus habet jus dissolvendi contractum, & tollendi obligationem illam, si voluerit consensum revocare. Quare talis contractus obligat decipientem absolute & irrevocabiliter, cum fit validus, nec habet jus eum rescindendi: deceptum vero revocabiliter & conditionate tantum, si nolit contractum rescindere, qui si velit stare contractui, tenetur deceptor excessum pretii pro merce vitiosa accepti reddere. Immo juxta De lugo, quando contrahens inculpabiliter decipit per deceptionem, tunc dat causam contractui; potest deceptus dissolvere contractum, quia sensus rationalis contrahentium hic est, ut nolint irrevocabiliter se obligare, nisi stante veritate error, quibus alter contrahens inducitur ad contrahendum.

Dixi. Si solubilis sit. Nam in iis quae constituunt statum ex natura sua firmum & irrevocabilem, qualia sunt matrimonium, & professio religiosa, voluntas naturae rei, de qua agitur, accommodat se, & consentit absolute, irrevocabiliter & independenter ab aliis conditionibus, quae non sunt de substantia talis contractus.

Si vero talis error vel dolus datus causam contractui proveniat non a parte contrahente, sed aliunde, ipsa infecta; tunc non solum valet contractus ob consensum circa substantialem, sed etiam rescindi nequit a decepto. *Ita multi.* Quia pars contrahens non fecit ei injuriam; unde nec tenetur restituere alium in priorem statum ac libertatem, sed solum rem adducere ad aequalitatem. Deceptor vero tenetur restituere damnum illatum, cum fit causa illius injuria.

Excip.

Excipie promissionem gratuitam, & donationem liberalem; nam possunt revocari pro arbitrio deceptoris, si error vel dolus circa notabilem quantitatem causam desiderit, quavis non proveniat a promissario vel donatario; quia in illis partibus unus solum fit sponte & ex liberalitate obligat, ideoque pendet ab illius solius voluntate, ut pacto apponatur conditionem vel limitationem, quam voluerit, qualis est haec, ut nolit obligari, saltem irrevocabiliter, si notabilis sit error vel mutatio. Aliud est de contractibus onerosis fere reciprocis, qui pendent a voluntate duorum sese mutuo obligantium, qui sic invicem obligari volunt, ut seculo errore circa substantiam rei vel contractus, & dolo quolibet dante causam contractui, & ab altero contrahentium proveniente, rescindi non possint ab alterutro: alioqui saepe nulla foret contractuum securitas, & patet via innumeris litibus; nam facile alteruter sit persuaderet se fuisse deceptum. Excipiuntur sponsalia, in quibus major libertas desideratur, eo quod ordinatur ad mutuum amorem, & ad contrahendum indissolubile matrimonii vinculum.

Quaest. III. An validus ac firmus est contractus ex metu celebratus?

Nota. Duplex est metus, levis, & gravis. Metus gravis, alius est absolute gravis, alius relative. Metus gravis absolute, & qui dicitur cadens in constantem virum, est metus aliquis mali in se gravis, quo vis fortis commoveri solet, ut metus mortis, mutilationis, diuturni carceris, exilii, iacturae omnium bonorum, amissionis status, &c. sive haec mala imminant timeni, sive eius liberis, parentibus, conjugi, vel consanguineis. Ad metum gravem revocatur metus reverentialis, seu timor habendi potestatem vel superiorem inferentem, si haec offensio putetur magna, diuturna, ac molesta, vel cum gravibus iniuriis, aut verberibus conjuncta sit. Metus gravis relative dicitur, qui est aliquis mali, quod est non commoveat virum constantem, tamen femine, vel seni, vel puero, vel homini metuculofo formidandum merito videtur, nam hi omnes non minus concutiuntur levioribus malis, quam viri fortes gravioribus. Porro ut metus censeatur gravis, necesse est ut malum, quod timetur, verisimiliter imminet, alioqui vanus esset timor. Igitur metus gravis est, quo timetur malum verisimiliter impendens, & grave vel absolute seu secundum se, vel relative ad timentem. Metus vero levis est, quo timetur malum leve, vel grave, sed non verisimiliter impendens.

Resp. 1. Contractus stricte sumptus, ex metu gravi injuste ad extorquendum consensum iniuste factus, ex communi sententia validus est, 1. Jure naturae, quia metus gravis non impedit voluntarium ac liberum sufficiens ad peccatum mortale, quomodo tollit aulam rationis, nec sufficientem deliberationem: voluntas enim non potest cogi, quoad actus elicitos. Sic mercator cum plena advertentia rationis, & deliberatione voluntatis elicit electionem mercium potius quam naufragium. Nec obstat quod contrahens noller contrahere, si metus obest: nam ut supponitur, vere consentit, & conditio nihil ponit in re, sed relinquit absolutam electionem ad vitandum majus malum. Et vero haec duo diversa sunt: *Volo contrahere, & nolo contrahere si metus obest.* 2. Jure positivo,

excipit quibusdam. *Prob. tum jure canonico, cap. 2. de iis qui vi &c. ibi: Quae metu & vi sunt, tum jure debent irritum revocari.* Ergo solum irritanda: tum civilia, l. 21. §. de eo quod metu causa, & l. ult. Cod. de iis qui vi &c. *Venditiones, donationes, transactiones, quae per potentiam extorta sunt, precipuum infirmari.* Obj. Aliqua leges. *Resp.* Sentus illarum legum est, quod contractus ex metu iniuste facti, sunt irritandi, non sint firmi, nullus fit momenti, nullas vires habeant pro voluntate metum passi, quatenus ad eius arbitrium rescindi debent, immo ab ipso rescindi possunt.

Excipiuntur quidam contractus ex metu iniuste facti, qui jure positivo sunt irriti, scilicet, 1. Matrimonium, cap. 15. de sponsalibus. Ratio est, quia si esset validum, cum natura sua sit indissolubile, injuria non posset tolli, & inde gravissima incommoda sequerentur. 2. Professio religiosa, c. 2. de iis qui vi &c. Ratio est; quia professio religiosa est matrimonium spirituale, & vinculum indissolubile ex parte proficit, quod proinde tam perfecte voluntarium ac liberum esse convenit, quam carnale. 3. Promissio dotis, vel ejus solutio, l. 22. §. de eo quod metu causa &c. Ratio est, quia dos est necessaria ad matrimonium, unde ejus naturam sequi debet, sique maximam etiam libertatem requirit. 4. Promissio vel traditio rerum Ecclesiae, cap. de jurjur. Ratio est, conservatio rerum Ecclesiae. Et vero si alienatio rerum Ecclesiae sponte facta sine sollemnitatibus non valet, multo magis non valet, si fit metu extorta. 5. Juridictio metu gravi extorta, ex l. 2. §. de judic. 6. Secundum multos, sponsalia metu extorta, quia sunt via ad matrimonium contrahendum: unde perfectam etiam libertatem sicut ipsum requirunt. Fieri enim non potest ut quis promissione sua obligetur ad actum invalidum, nempe ad matrimonium, quod invalide contrahitur a persona, gravi metu iniusto compulsa.

Debitor de contractu facto cum pupillo per auctoritatem tutoris metu extortum.

Resp. 2. Contractus factus ex metu etiam relative gravi injuste iniuste ad extorquendum consensum, juxta communem sententiam, potest rescindi arbitrio metum passi, sicut dictum est de dolo, unde non est omnino firmus. Quia qui metum iniuste iniurit, fecit alteri injuriam, quae fuit causa contractus aliquo non futuri. Ergo teneri tollere ac rescindere injuriam, & omnia incommoda inde manantia, & lasam in priorem statum libertatis restituere, omnia compensare etiam antem nem sententiam; ac proinde metum passus habet jus recuperandi suam priorem libertatem independentem a sententia judicis. Potest tamen, si velit, stare contractui invito injuriante, cum non fit per se irritus, & injuriarum non habet jus rescindendi. Hinc qui metu coactus emit aliquid ab altero, potest contractum dissolvere, vel cogere venditorem ad standum contractui.

Immo tertius possessor tenetur reddere metum passo rem metu iniuste extortam, si hic eam repetat, ex l. 14. §. de eo quod metu causa &c. Quia revocato consensu res illa pertinet ad priorem possessorem, & non potuit ad alium transire, nisi vitio metus affecta, & cum obligatione revertendi ad suum priorem dominum pro ejus arbitrio.

Id

Id totum locum habere docent multi, etiam si metus non a contrahere, sed a tertio incuteretur, idque iure natura. Quia consensus per injuriam extortus non transfert rem solidae & irrevocabiliter, sed eo modo ut maneant jus in rem, & non solum in personam que injuriam intulit: par enim non est, ut quis per injuriam alterius jus omne in rem suam amittat. Præterea ratione injuria res est in priorem statum restituenda: ergo obnoxia est restitutioni ubicunque fuerit. Aliud est de errore vel dolo circa qualitatem accidentalem proveniente a tertio, quia non impedit voluntarium perfectum circa substantialem. At metus a quovis incussus ad extorquendum consensum, reddit illum minus voluntarium quoad substantiam. Ceterum constat, contractum in tali causa posse rescindi auctoritate iudicis, & dari actionem non solum in personam, que metum intulit, sed etiam in rem, ad quemcunque pervenit, l. 9. §. de eo quod metui causa.

Dixi 1. Metu gravi. Nam metus levis, etiam respectivo, qui in iure dicitur vanus, non presumitur dedisse causam contractui, & ob hanc præsumptionem, & ne multiplicentur lites, in foro externo non admittitur exceptio, nec datur actio ad rescindendum contractum. Tamen si metus levis injustus vere dederit causam contractui, ita ut eo subilato non fuisset datus consensus, juxta multos potest in foro conscientie rescindi contractus pro voluntate metui passi. Quia qui metu injusto, licet leve, extorquet consensum, facit alteri injuriam, quam proprie tunc tollere ac reparare restituendo coactum in priorem statum: unde hic habet jus ad hanc restitutionem & redditionem rei suæ, si velit rescindere contractum.

Hinc qui metu injusto sive gravi, sive levi consensum extorsit, tenetur in conscientia restituere id quod ex tali contractu accepit, si coactus velit, & insuper totum lucrum cessans & damnum emergens compensare, cum per injuriam coactionem suam fuerit illorum causa. Coactus autem tenetur vicissim accepta restituere, si contractui stare velit: nam non habet justum titulum ea retinendi.

Dixi 2. Metu gravi etiam respectivo, scilicet ad fragilitatem talis persone, ut docet communis a se saltem longe communior sententia. Nam metus respectivo gravis idem præstat, quod metus absolute gravis; homines enim meticulousi indolis non minus commoveantur levibus malis, quam viri fortes gravioribus: ideoque metus respectivo gravis involuntarium, seu repugnantiam æque creat.

Dixi 3. Metu incerto. Nam si metus fuerit iustus, si est de malo debito, quod alter tunc incertus potest, contractus non potest rescindi a coacto: quia in illo nulla injuria intervenit, que sola rescindendi causa est.

Dixi 4. Metu incusso ad extorquendum consensum. Nam si metus fuerit alia de causa incussus ab alio tertio etiam injuste, contractus non potest rescindi, ut si quis in latrone incidens, metu ne ab illi occidatur vel spolietur, alteri qui injuria non est particeps, promittat pecuniam summam, ut eum liberet, tenetur promissa complere. Quia tunc metus non est proprie causa contractus, sed solummodo occasio; nec contractus est metu extortus, sed cum metus fit ob aliam causam injustam, adhibetur sponte contractus tamquam mediū ad illum pel-

lendum. Qui tamen metum illum injuste incussit, tenetur ad restitutionem damnorum; nam est illorum prima causa, vel saltem occasio injusta, ex cap. ult. de injur. Idem dicit de metu a causa naturalium vel incerta orto: nam talis metus citra omnem injuriam provenit, & a nullo alio quis ad contrahendum compellitur, nisi a se ipso.

Potero si contractus licitus juramento firmatus sit, non potest rescindi nisi a superiore.

C A P U T III.

De iis qui contrahere possunt.

Quæst. I. Quam generatim valide possunt contrahere?

Resp. Omnes & soli usu rationis præditi, qui liberam habent bonorum administrationem, seu legitimam facultatem disponendi de illis. Quia cum contractus fit actus humanus, qui solum humano modo, id est, cum advertentia & libertate fieri debet, requirit rationis usum; & cum sit actus, quo de re aliqua disponitur, requirit in contrahente liberam facultatem disponendi. Postquam autem libero rationis usu, & iure disponendi non ligato, nihil ultra potest requiri ad facultatem contrahendi.

Hinc non possunt valide contrahere infantes, amentes, ebrii, furiosi, prodigi, curatorem habentes &c.

Quæst. II. An uxor potest contrahere?

Resp. Uxor non potest contrahere, nec disponere de bonis familie, & de dote ejusque fructibus, marito præsentem, & valente bona illa administrare, rationabiliter invito. Quia quamvis totius dotis & dimidiæ partis bonorum communium proprietaria pertinet ad uxorem, tota tamen administratione bonorum familie & dotis pertinet ad virum, utpote caput familie. Potest autem ipsa disponere de aliis bonis, que præter dorem attulit, & sibi reservavit, cum hominem habeat & proprietatem ad administrationem.

Dixi, Marito præsentem &c. Nam si sit absens, si ament, vel furus, tunc uxor bona familiae disponere potest. Si item maritus expressè vel tacite consentit in impensas & contractus uxoris, vel sit irrationabiliter invitus, ut recusetur ea, que sunt necessaria ad suam & familie sustentationem congruentem, potest uxor in his casibus uti bonis familie, sed prudenter & moderate.

Quæst. III. An filius familie, pupillus, & minor possunt contrahere?

Nota 1. Infans est, qui nondum septennium complevit. A septennio usque ad decimum cum dimidio dicitur infans proximus, si sit mas; vel usque ad nonum cum dimidio, si sit femina. Pubes est qui habet annum 14. completum, si firmus; vel duodecimum, si sit femina. Ante hanc ætatem dicuntur impuberes. Pubertati proximus censetur masculus a decimo anno cum dimidio usque ad annum 14. completum, & femina a nono cum dimidio usque ad 12. completum.

Nota 2. Pupillus est impubes, qui desit esse fore potestate patris, propter ætatem mortem, vel emancipationem. Minor est puer, qui annum 15. nondum complevit, quo completo dicitur major.

Nota 3. Constat inter omnes, & Pupillum in-

fantis proximum, ne naturaliter quidem obligari ob defectum sufficientis iudicii, vel saltem ob periculum talis defectus iura illius contractibus restituant, omnemque obligationem tollunt, insit. de inutili. §. pupul. 2. Minorem qui curatore caret, obligari tunc naturaliter, tunc civiliter, ex contractu alienationis bonorum mobilium, que servando locum non possunt, quia minor curator carens potest per se locum, quod potest cum consensu curatoris. Sed potest petere restitutionem in integrum, si ex contractu fuerit lesus, l. 3. Cod. de integ. restitu. Resp. 3. Filius familie impubes non obligatur civiliter ex contractu etiam de bonis castrensis, & cum consensu patris facta, insit. de inutili. §. pupul. Si puer sit, potest de bonis castrensis & quasi castrensis, etiam sine consensu patris contrahere, & obligari etiam civiliter: nam horum liberam administrationem habet. At non potest de adventitiis, nec de profectitiis disponere sine consensu patris, quia non habet illorum liberam administrationem.

Resp. 2. Pupillus pubertati proximus, & minor obligatur tunc civiliter, tunc naturaliter, si cum consensu tutoris & curatoris contrahant de bonis mobilibus non pretiosis, ex l. 1. §. de auct. & consensu tutor. Secus de immobilibus & mobilibus pretiosis, que servando servari possunt; nam hæc valide alienari nequeunt sine decreto iudicis, l. 1. Cod. de præditi minor. & l. 22. Cod. de administrat. tutor. Quod si sine consensu tutoris vel curatoris contrahant de bonis mobilibus non pretiosis, juxta multos obligantur naturaliter, sed non firmi, ut, quatenus hinc obligatio tolli potest beneficio restitutionis in integrum: ita ut qui aliquid ab illis accepit, non teneatur restituere antea sententiam. Sed alii probabilis negant, eos obligari naturaliter, nisi quatenus facti sunt citiores. Quod probatur, ex insit. quibus alienare licet, ubi dicitur. Neque pupillum, neque pupillam ullam rem sine tutoris auctoritate alienare posse. . . nec debent solvere sine auctoritate tutoris posse; quia id quod solvent, non fit accipientis: cum scilicet molius rei alienatio eis sine tutoris auctoritate concessa sit. Et ex l. 22. §. de acquir. ver. dom. ibi: Pupillus quantum ad acquirendum non indiget tutoris auctoritate: alienare vero nullam rem potest, nisi præsentem tutore auctore. Quoties autem contractus legibus simpliciter irritantur sine expressa limitatione ad forum externum, intelligi debent irritari etiam in foro conscientie, ideoque nullam parere obligationem, 2. Quia ad valide contrahendum etiam in foro conscientie requiritur libertas bonorum administratio, qua caret pupilli & minores. Jam vero leges illæ, que dicitur pupillum sine auctoritate tutoris obligari, intelligi debent de pupillo, qui factus est citior, ex contractu, & in quantum factus est citior.

Resp. 3. Ex communi sententia, pupillus pubertati proximus sine auctoritate tutoris valide contrahit cum majore in suam commodum, non autem in suam incommodum, ex insit. de auct. tutor. Quod iura statutorum in favorem status illius, ut scilicet minoribus eras in damnis subveniant, & in prospere gessis non obestet. Hinc si pupillus sine auctoritate tutoris aliquid emerit, non potest venditor pupillum compellere ad dandum

Annote T. vol. Moral. Tom. II. P. II.

pretium: si tamen velit pupillus stare contractui, cogere potest venditorem actione civili ad tradendam mercem pro pretio constituto. Sed si venditor pupillo mercedem tradidit non recepto pretio, potest repetere mercedem suam, & pupillus tenetur in conscientia eam restituere; nam nemo licite locupletari potest cum alterius injuria vel jactura, ex reg. jur. 48. in §. Quod si dolo, vel culpa pupilli res tradita perierit, eam solvere cogitur, l. 1. §. de sep.

Quæ autem dicta sunt de pupillo, eadem dicta intelliguntur de minore contrahente sine consensu curatoris sui. Nam curator non minus datur rebus minorum administrandis, quam tutor rebus pupillarum, unde minor habens curatorem, pupillo quoad bona & contractus equiparatur.

Quæst. IV. An pupillus vel minor tenetur solvere pecuniam, quam sine consensu tutoris vel curatoris mutuum accepit?

Resp. Teneatur, si eam in usus necessarios, vel utiles impenderit, ex l. 5. §. de auct. & consensu tutor. ibi: Naturaliter obligabitur, in quantum lo superior factus est. Ex pecunia autem in tales usus consumpta factus est citior, nam tantumdem suis rebus perperit. Et vero inquam est, quemquam locupletari cum damno alterius maxime bona fide mutuantis. At non tenetur, si eam in usus inutiles consumperit: quia leges volunt, cum nullo modo obligari, ne ejus bona inutiliter consumantur: ex loc. cit. & l. 59. §. de oblig. & act. ibi: Pupillus mutuum pecuniam accipiendo, nequidem jure naturaliter obligabitur, in quantum lo superior factus est. Quoties autem, que videtur significare obligationem pupilli, intelligenda sunt secundum lib. 5. §. de auct. & consensu tut. citatum; nempe supponunt, pupillum ex accepto mutuo locupletiorum factum esse. Excipit, nisi mutans bona fide putaverit, pupillum eam pecuniam impendere velit in suam utilitatem; nam tunc naturalis æquitas solutionem exigat, nec lex intendit privare debito alterum bona fide procedentem, & gratificare volentem.

P A R S II.

De Contractibus in specie.

C A P U T PRIMUM.

De Promissione.

Quæst. I. Quid est promissio?

Resp. Est actus voluntatis exterior expressus (nam de promissione facta homini hic agitur) quo quis se obligat alteri ad aliquid: sive est delibata fidel obligatio, facta alteri de re aliqua licita & possibili. Duplex est, nempe onerosa qua unus alteri vicissim imponitur, unde pertinet ad alios contractus; & gratuita, qua nullum onus alteri imponitur. Si promissio fiat certa verborum formula, qua unus rogat, & alter promittit, dicitur stipulatio: v. g. Spondeo se mihi d. auream viginti auroi. Spondeo. Quæst. II. Quænam requiruntur ut promissio valeat & obliget?

Resp. Ex communi sententia, ista, 1. Voluntas se obligandi, ex l. 1. §. de oblig. & act. Nam omnis obligatio, que non est ex lege, vel precepto, ori-

ortur ex privata hominis voluntate. Unde non est satis dicere, *Promitto me hoc faciendum*, si solum intendas significare animi propositum, non autem te obligare: nam simplex propositum est mera voluntas faciendi aliquid, sed abique animo te obligandi. Sufficit tamen voluntas te obligandi virtualis & implicita, quam habet, qui sciens promissionem obligare, vult promittere, nec habet voluntatem contrariam: nam hoc ipso vult te obligare; qui enim vult causam, vult implicite effectum, qui ex illa necessario oritur, sicut qui vult antecedens, vult necessario consequens. Omnis autem promissio necessario parit obligationem, si acceptetur. Idem dicit etiam si quis ignoret obligationem ex promissione oriri, modo velit facere promissionem veram, qualis ab aliis fieri solet: nam tunc habet voluntatem implicitam te obligandi, sicut baptizans, cum sola intentione faciendi, quod Christiani faciunt cum baptizant, habet voluntatem implicitam faciendi Sacramentum, licet ignoret quid illud sit.

2. Requiritur perfecta deliberatio, & advertentia plena ad id quod agitur; quia cum hac obligatio sit onus quoddam, quod voluntarie suscipitur, non debet conferri impulsu, nisi adit plenus consensus, qui nequit esse sine plena advertentia, sufficiente ad peccatum mortale: & ideo promissio debet etiam esse libera: cum sit actus humanus, quo homo voluntarie ac libere te obligat.

3. Ut absit error & dolus circa substantiam rei vel causam finalem; alioqui deficiat consensus substantialis.

4. Ut sit spontanea: nam si per vim vel metum sit extorta, non obligat saltem irreversibiliter & firmiter, nisi sit jurata, ex cap. 6. *de jurjur.* ibi: *Debitores ad solventas usuras in quibus se obligaverant, cogi non debent. Si vero de insarum solutione juraverint, cogendi sunt domino reddere jaramentum.* Quia saltem promissio facta potest irritari a promittente, qui ob injuriam acceptam habet jus, ut in priorem statum ac libertatem restituatur: & ut sic accepta ei restituatur. *Talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille qui vim insultu, hoc meretur, ut ei promissum non servetur.* ait S. Th. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 2. quod praesertim procedit de promissione gratuita: nam aequitas non patitur, ut quae ex liberalitate sunt, sicut coacte.

Ad vim saltem in promissione gratuita, qua debet esse omnino spontanea, reducitur metus reverentialis, quo quis repugnantia voluntate consentit, eo quod non audeat contradicere: item preces valde importunas, quibus res promittitur, vel oblatam repugnantia voluntate, & solum ad molestantium precum repellendam, quae alteri tunc majori incommodo repelli nequeat.

5. Ut sit de re licita & possibili. Nam nemo potest obligari ad rem illicitam, vel impossibilem. Hinc nulla est promissio rei jam promissa alteri. Valet tamen promissio facta homini de bono nuptiae, licet impedimento majoris boni, si minus bonum potest ei magis placere quam majus fecus de Deo.

6. Ut ab homine, cui sit, acceptetur. Quia sine utriusque partis consensu nullum est pactum, quod

quod l. 2. §. de pollicit. definitur: *Duorum consensu aique conventio*: & sic nulla obligatio ex eo oritur, lib. 1. §. de pacti. Praeterea fiant habet promissio, vel obligatio onerosa tacita habet conditionem: *Si alter vicecum se velit obligare*, qua sublata non obligat, si etiam gratuita promissio & donatio hanc tacitam habet conditionem *Si acceptetur*: qui enim promittit vel donat, non censetur animo te obligandi habere, donec alter acceptet, & rem sibi gratam fore declarat, cum vellet ei gratificari.

Hinc promissio & donatio non obligant, & semper revocari possunt ante acceptancem. Promissio tamen moraliter durat ut obligata, quandoque revocatur, vel ab alio non censetur recitari: unde si illa nondum revocata acceptetur post intervallum temporis, perinde obligabit ac si statim acceptata fuisset. Idque locum habet in aliis contractibus. Porro iuxta multos, ut promissio gratuita, non onerosa, cessare acceptata, regulariter sufficit taciturnitas ejus, cui fit, ex reg. jur. 43. in 5. *Qui tacet consentire videtur*, quae praecipue valet in his, quae solum tacitis modum continent. Regula vero loquens *Si qui tacet, non fatetur*, debet nec unquam negare viceversa, procedit in promissionibus onerosis acceptandis.

Excipiuntur pollicitationes, quae sunt civitati, vel Ecclesiae, vel ad alias causas: quamvis enim iuxta non loquatur expressae nisi de pollicitationibus factis civitati ad restaurandas ruinas &c. l. 2. & 4. §. de polliciti. tamen id extendunt Doctores ad pollicitationes & donationes ad plures causas; quia haec equiparantur his quae sunt civitati; si priviligia spectentur, ex lib. 48. §. 23. *Cod. de sacrosancti. Ecclesiar.* Sed tunc intervenit acceptatio resp. aut Ecclesiae, vel legis solum volunt ut tales promissiones non possint pro arbitrio revocari, licet semper possint acceptari, & promissum peti.

7. Ut promissio exterior significetur; nam alioqui non possit acceptari. Hinc si fit mere interna, non obligat, nisi facta sit Deo; a quo utpote certum inspectore statim acceptatur. Unde si promissio fiat alicui solum ob Dei honorem, vt g. *Promitto me Dei amore tali pauperi daturum centum*, statim obligat ante quam acceptetur a paupere, quia talis promissio censetur esse votum, quod statim obligat; utpote statim acceptatum a Deo.

Quaest. III. An quisvis promissio etiam gratuita obligat sub mortali in re gravi?

Resp. Affirm. Ita S. Antonius, Azor, Lef. Valq. Sanch. Reginal. & alii communiter.

Prob. Quia 1. Pacta omnia obligant: ergo obligant graviter, si materia sit gravis. 2. Promissio acceptata inducit obligationem iustitiae, quae gravis est in re gravi: nam obligatio iustitiae est ea, quae parit in altero jus exigendi aliquid: sed promissio etiam gratuita hoc jus parit; promittente enim non est solum affirmare se daturum vel facturum aliquid, sed est insuper te obligare alteri, ideoque jus ei dare ad exigendum, ut patet ex communi sensu. Unde homines queri solent, factam sibi esse injuriam, dum violatur promissio acceptata, per quam acquiruntur jus ad rem, quod transit ad haeredit; ac proinde gravis est in

juris.

juris, ideoque mortalis, si violetur jus ad rem gravem promissum. 3. Promissio, quae fit per formam stipulationis, vel coram notario & testibus, obligat ex iustitia, vel coram notario & testibus, termo, cujus sententia spectat hoc, ut suum cuique jus reddatur. Horum autem astitentia non addit novam obligationem, sed supponit, & facit solum ad maiorem securitatem, 4. S. Aug. lib. 1. de *Doctr. Chrisp.* cap. 36. generaliter ait: *Omnis fides violator iniquus est*. 5. Ex ut Tullio, l. 1. offit. *Fides est iustitiae fundamentum, diffidendum est utique consentio*: Respo qui in promissis fidem non servat, iustitiae fundamentum, quo pacto nituntur, evertit. Ad hoc est ex suo genere graviter inordinatum. 6. Donatio gratuita accedente traditione datur jus in re, ergo promissio gratuita acceptata dat jus ad rem.

Itaque fidelitas, qua fides data servatur, est species iustitiae, quatenus reddit unicuique jus suum ex promissione debitum, quamvis sit iustitia minus stricta, dum promissio est gratuita. Quare si deiecit gratia dare & acceptare violatio est quaedam iniustitia, & quidem ex genere suo turpis hominemque reddens contemptibilem; & dicitur infidelitas.

Porro consentiunt omnes, eum, qui non implet promissionem gratuitam, teneri restituere damnam de secuta, cum dederit illis causam, non servando fidem datam, & sic desipiendo. Item dicit, etiam si fide promissit; quia fuit causa damni per desipendum, ideoque per injuriam. Non est tamen obligatio compensandi lucram cessans ex re liberaliter promissa, eo quod suo tempore non fuerit data, quia promissio gratuita non obligat ex iustitia tam stricta, quam promissio onerosa: nam illa dat solum jus rem promissam petendi, & conquirendi de iustitia fide data, & obligatio ab illa orta perdet a sola promittentis voluntate, qui non intendit te obligare nisi ad dandam rem promissam.

Nota. Juxta multos major quantitas ad mortale requiritur in violatione promissionis gratuita, quam onerosa, vel in furtis: quia minus inivis censetur promissarius, quod res gratis promissa recuperatur, quam si res propria aequalis valoris auferatur.

Quaest. IV. Ad quid obligat promissio facti alieni?

Resp. Obligat ad procurandum sincere & honeste factum alterius. Nam promittens factum alienum, eo ipso censetur velle se obligare ad illed procurandum, alioqui ad nihil obligaret promissio illa, & nulla esset, nam non potest obligare ad ipsum factum alienum, quia ut alienum non est in promittentis potestate, & ad impossibile obligari non potest. Ita Molina, Sanchez, Delugo, & alii molli.

Quaest. V. Ad promissio facta ab causam turpem, seu opus illicitum obligat?

Resp. 1. Omnis promissio & pactio de re illicita facienda, non obligat, & nulla est iure naturali ante executionem. Ita omnes. Quia nemo potest obligari ad peccandum. Quod si jurata sit, jaramentum est invalidum; cum non sit vinculum iniquitatis. Immo promissio tenetur retractare statim promissionem, utpote iniuriam, & ad peccandam allicentem.

Resp. 2. Multi docent, Immo Delugo asserte esse communem sententiam Theologorum, post quod malum paratum obligat promissionem ad solvendum praesertim promissum, si datio & acceptatio nulla lege sit prohibita, nec irritata. Quia 1. Promissio matrimonii facta puella sub conditione quod faceret sui copiam, quamvis ante copulam non obliget, post eam tamen ex iustitia obligat promittentem ad servanda promissa. Quae si non perficeret, postquam puella ex parte sua implevit conditionem, injuriam ei faceret, & inaequalitatem inter se & illam poneret: Respo qui in promissis duplex promissio, una absoluta faciendi rem illicitam; & haec nunquam valet; nec obligat; altera est conditionalis, & ex suppositione conditionis potest: sicut postum pauperi promittere; *Si peccavero, dabo tibi elemosynam.* Quae pactio perficitur postea conditione turpi, oriturque obligatio ex vi consensus ut sequentis, non ut antecedentis opis malum. 3. Postea conditione impleto rei promissae non est turpis, nec enim promissum impletur ob causam turpem, sed ut fides data servetur.

Quod si quis pretium promissum solvat eo quod crimen paratum fit, tunc peccat, quia tunc approbat peccatum praeteritum, sed hoc est per accidens, & hoc ejus malitia: nam potest & debet solvere precise, ut fides data servetur.

Alii vero negant tunc obligare: quia pactioes ob causam turpem in utroque iure absolute & indistincte decernuntur nullae esse momenti, nullam obligationem inducere, nullam vim habere, cap. tit. de pacti. ubi Gregor. IV. ait: *Etiamsi iuxta legitimam sanctionem turpe*, vel rei turpis, aut impossibilitatis de iure vel facto, nullam obligationem inducit. Et lib. 26. de verb. oblig. *Generaliter vocatur, turpes stipulationes nullae esse momenti.* Et lib. 6. *Cod. de pacti.* *Pacta quae contra leges constitutionesque, vel contra bonos mores sunt, nullam vim habere inducuntur iuris est.* Item l. 5. *Cod. de legib.* Sed prior respondet, his legibus significari tales pactioes non valere ante opus paratum; neque post paratum dare actionem in foro externo: per illas autem non tolli obligationem naturalem, quae ex promissionibus onerosis oritur.

Quaest. VI. Quanam promissiones secundum omnes sunt iure positive irritae?

Resp. Sequentes. 1. Promissiones quae dant occasionem peccandi, ut si alteri promittas te restituendum ei obligationem de dolo, vi, furto, injuria &c. lib. 2. §. de pacti. ubi hoc cederet in detrimentum boni communis. 2. Promissiones, quibus admittitur potestas disponendi de rebus suis, verb. grat. promissio non coedeandi aut non revocandi testamentum, non instituenti alium haereditarium nisi talem, quia haec omnia sunt contra bonos mores civiles, hoc est, quos expedit esse in rep. bene instituta. 3. Beneficii ecclesiastici non dum vacantis promissio quovis modo facta, et illicita & nulla, ex Conc. gener. Later. III. cap. 8. etiam si nullum in particulari promissum, cap. 1. *de consec. praebend.* in 6. ne detur occasio optandi mortui possessoris: Unde nec licet illud petere, cum ejus promissio sit vetita.

Quaest. VII. Quandonam promissio acceptata & valida desinit obligare?

R 2 Resp.

Resp. Ex communi sententia, in his casibus, 1. Si res promissa fiat inutilis vel noxia promissoria; nam tunc cessat esse materia promissionis, eoque contra finem illius, vel si ejus impletio fiat illicita, aut impossibilis, quia nemo tenetur ad aliquid illicitum vel impossibile. 2. Si is in cujus commodum facta est, remittat: nam tunc cedit juri suo, & sic tollit obligationem promittentis. 3. Quando causa finalis, ob quam promissio facta est, non exeat; ut si promissoris alteri propter beneficium, quod putat se ab illo accepisse, cum non acciperet: quia non promissum est hac suppositione falsa; & est error in causa finali seu motivo substantiali. Item si talis causa cessat, ut si promissoris aliquid ob pauperem, & hæc sublata jam sit; nam non intendit se obligare ad dandum, nisi subsistente causa finali tempore executionis. 4. Quando duo sibi vicissim aliquid promiserunt, & alter non vult promissa præstare ex cap. 3. de jurjur. & ex reg. jur. 75. in 6. ubi: *Frugra sibi solum quis pollicetur ab eo servari, nisi eadem se præstare solvant recusat.* Nam tunc fit mutua commensuratio, & promittens non censetur promissum nisi sub tacita conditione, quod alter promissum ex sua parte servaverit. 5. Si status rerum & personarum ita mutetur, ut promissor juxta prudentium judicium non censetur voluisse obligare se in tali eventu; tum quia promissio non obligat ultra intentionem promittentis, nec habet vim nisi ex intentione, quam expresse vel implicite habet, dum promittit; tum quia sicut ex reg. jur. 81. in 6. *In generali concessione non veniunt ea, quæ qui non esset verificarentur in specie concessoria,* si in speciali perentur; ita neque in promissione comprehenduntur illi eventus, qui in judicio prudentium fuissent excepti, si menti occurrissent. Sic qui promissor se tibi mutuarum pecuniarum, non tenetur stare promissio, si postea hac indigeat ob gravem & improvilam necessitatem. Ita S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5. ubi: *Ad hoc quod teneatur facere quod promissit, requiritur quod omnia immutata permanent; alioquin nec fuit mendax in promittendo, quia promissit quod habebat in mente subintellectu debitis conditionibus. Nec etiam est infidelis non implendo quod promissit, quia eadem conditiones non extant.* Nec obstat quod promissio sit jurata: quia juramentum firmat promissionem tantum secundum intentionem, quia censetur facta & in eo sensu, quo facta est, non in alio. Quare si promissio habet tacitam conditionem, sive ex mente promittentis, sive ex natura rei, sive ex juris dispositione, aut interpretatione, Juramentum non tollit eam conditionem, sed solum secundum eam firmat promissionem.

Porro cum arduus sit obligatio, & interpretatio promissionis onerosa, quam gratuita, facilius in gratuita subintelliguntur aliquæ conditiones, quæ ex communi prudentium sensu ineffe censentur, nec hæc obligat, cum impleri nequit sine gravi damno non gravio, nec ut ait S. Antonius, *si superveniat causa rationabilis non implendi.* Quia, ut supra dixi, in promissione gratuita promittens se solum ex liberalitate obligat, ideoque pendet ab illius voluntate, ut apponatur conditionem vel limitatio, nem quam voluerit, qualis est hæc, ut nolit obligari, si superveniat causa rationalis non implendi.

Quest. I. Quid, & quotuplex est Donatio?

Resp. 1. Donatio est datio liberalis, sive donatio datio. Donum est datum gratuitum. Id est, quod neque ex justitia debuit esse, neque alteri obligationem justitiæ & fidelitatis imponi, quavis ex eo oriatur obligatio gratitudinis. Unde donatio est rei aut juris aliquis gratuita concessio.

Ut donatio valeat, ex communi sententia, debet esse deliberata & spontanea; ut dixi de promissione ob eandem rationes; nam nec ignorans, nec invitatus quisquam donat, l. 10. Cod. de donat. Hinc quæ aliquid per vim vel dolum accepit, tenetur illud restituere, & tollere ac restitit injuriam, restituitur alium in priorem statum ac libertatem. Immo juxta multos donatio ex metu vel iniusto, tamquam causa finali facta, est in foro conscientia nulla: quia donatio ex natura sua exigat, ut fiat sponte ac liberaliter: saltem est revocabilis ad nutum donantis. Non valet etiam, nisi sit acceptata ab eo qui fit, ut dixi de promissione, & patet etiam tam ex l. 10. §. de donat. ibi: *Si nescis rem, quæ apud te est, sibi esse donatam, vel missam sibi non accepit, donata rei donatus non fit.* Tum ex cap. de prebendis in 6. Ratio est, quia donatio est pactio, quæ est essentialiter consensus plurium.

Resp. 2. Donatio dividitur 1. in realem, quæ fit cum traditione doni, unde transfert dominium in donatarium; & in verbalem, quæ fit solum verbis, absque traditione doni, & hæc solum parit jus ad rem. 2. In pure liberalem seu perfectam, quæ in donante nullam ne gratitudinis quidem supponit obligationem; & in remuneratorem seu annodatam, quæ supponit obligationem gratitudinis, & quæ proinde compensatur beneficiis & obsequiis gratis collata. Multi autem, quos refert & sequitur Sanchez, docent, quando alicui prohibetur donationes erga aliquos, non prohiberi donationem remuneratorem, proportionatam beneficiis & obsequiis suis non debitis, ex l. 1. de donat. ubi dicitur, *Si datus aliquis ea mente, ut statim veli accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti, propter nullam aliam causam facit, quam ut liberalitatem & munificentiam exerceret. Hæc proprie donatio appellatur.* Ergo, inquit, si quis datur, ut debita naturalis gratitudinis solvat, non est proprie ac stricte donatio, sed remuneratio. 3. Alia est inter vivos, quia quis donat cum intentione, ut res se vivo sit donataria; & alia mortis causa, quæ quis se donat, ut nolit rem nisi post mortem suam esse donataria, ut si dicam, *Do tibi hæc rem post mortem meam, vel cum moriar, vel quia tempo me moriar?*

Quest. II. Quinam possunt valide donare?

Resp. Illi soli qui habent dominium & liberam administrationem honorum; nam qui solum habent administrationem, possunt tantum secundum mentem domini & in ejus commodum alienare; qui autem solum dominium habent sine administratione, non possunt propria auctoritate pro arbitrio dispendere de suis bonis: *Pro non nato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de jure donare, cap. 3. de jure patron.*

Hinc 1. non possunt valide donare ii omnes qui non possunt contrahere, de quibus supra. 2. Qui præsum communitatibus, pura civitati, monasterio; item tutoribus & curatores ex bonis pupillorum & minorum possunt solum facere elemosynas, & donationes remuneratorias moderatas, in quibus continentur rependere nulliter, non liberaliter proprie donat. 3. Maritus ex bonis communibus nil potest invira uxore donare saltem sine legitima causa, quæ quam uxor non sit rationabiliter invitata; quia maritus sola potestas ea administrandi competit quæ ad patrem ad uxorem pertinet; at sub facultate administrandi non continetur facultas donandi: nam donatio non est rei administratio; sed amissio, ex l. 7. §. de donat.

Quest. III. Quænam donationes sunt jure civili invalidæ?

Resp. Sequenti. Donatio excedens quingentos solidos invalida est quoad excessum, nisi insinuetur, l. 36. Cod. de donat. Verum circa firmam & modum insinuationis consulenda sunt leges ac consuetudines locorum. In Gallia ex edicto Henrici II. non valet donatio excedens quingentas libras, nisi auctoritate publica insinuata sit. Excipiunt multi quamlibet donationem ad causam piam; quia donatio ad redemptionem captivorum non eget insinuatione, loc. cit. & legata ad causas pias non indigent solemnitate per leges ad legata prophana regulatas. Hæcque est communem sententiam testatur Julius Claus apud Lessi m. Pro nomine donationis venit remissio debiti liquidæ.

2. Donatio omnium bonorum nam futurorum, quam præteritum inter vivos invalida est: quia per talem donationem homo præter se testandi potestatem odiosum, quod necesse est in rep. l. 6. §. de verbor. oblig. Valet tamen si fiat mortis causa, quia cum possit revocari arbitrio donantis, non auferri testandi facultatem.

3. Donationes conjugum inter se jure communi non sunt valide saltem irrevocabiles, adeoque ad arbitrium donantis revocari possunt, exceptis quibusdam casibus, l. v. & 3. §. de donat. inter vir. & uxor. Ubi Greg. IX. ait: *Donatio, quæ constante matrimonio inter conjuges dicitur esse facta... firmiorem non habet, nisi donatoribus obtus confirmetur.* Ratio est, ne conjuges mutuo amore se bonis spoliarent cum damno liberorum & parentum; & ne concordia videtur pretio conciliari. Donationes tamen inter conjuges non revocantur confirmantur alterius obitu, ex l. 31. §. & l. 3. Cod. hoc rit. & cap. cit. modo ex non impediunt, ne liberi suas legitimas partes accipiant, ex l. 3. Cod. de inoffic. donat.

4. Donatio patris facta filio nondum emancipato, quæ jure digesti erit nulla, jure codicis est tantum revocabilis, exceptis paucis casibus; unde non revocata confirmatur morte patris, vel etiam emancipatione filii, si res est tradita. Quia quando filius est sub patria potestate, censetur veluti una persona cum patre quoad effectus civiles. Vnde autem donatio patris in filium, quia filius non est in potestate mortis scilicet civili, & in ordine ad effectus civiles.

Nota. In his & similibus, ubi agitur de dispositione bonorum, spectanda & servanda sunt leges ac

consuetudines speciales locorum consentaneæ, quæ sæpe a jure communi Casareo discrepant. Nam cum voluerint subditorum eorumque bona subiciantur potestati legislative in ordine ad bonum commune, nemo potest de suis dispendere licite contra leges justas, quæ semper obligant in conscientia. Immo nec valide, si sint irritantes. *Leges justæ habent vim obligandi in foro conscientia a lege æterna,* ait S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4.

Quest. IV. An donatio acceptata possit revocari?
Resp. Donatio facta mortis causa, in tribus casibus revocatur. 1. Si donatorem illius penitentem, sive expresse, sive etiam implicite, ut si rem alteri donet: quia talis donatio est dispositio juris habet hæc tacitam conditionem, *Nisi revocetur.* 2. Si ante donatorem moriatur donataria, donatio est ipso jure revocata, nisi donator promissit, fore eam non revocaturam: nam tunc juxta varios transiret ad hæredes donatarii. 3. Si donator dederit intuitu instantis periculi mortis, censetur tacite revocata donatio sublato periculo: quia censetur facta sub hac conditione, *Si non evaserit, ex titulo de mortis causa, donat.*

Resp. 2. Denatio inter vivos revocatur ob quatuor causas. 1. Ob injuriam in diem donatarii, Lult. Cod. de revocat. donat. & cap. ult. de donat. ut si donatori injurias atroces, vel grave rem ejus dampnum, vel vitæ periculum intulerit. Item juxta doctores, si inopia pressum non aluerit. Sed ante sententiam judicis hæc pœna non debetur. 2. Ob prolem postea susceptam, ut si quis prole carens magnam suorum bonorum partem donarit, & postea ei nascatur proles, l. 8. Cod. de revocat. donat. quia tunc donatio habet saltem ex dispositione juris hæc conditionem, *Si proles non nascatur.* Si fit inofficiosa, hoc est; facta contra officium pietatis debite liberis, vel parentibus, ut quando per eam filii privantur sua legitima, id est, parte hereditatis sibi debita secundum leges, l. 1. Cod. de inoffic. donat. Si quid donatum fit ob causam, non facta causa.

Resp. 3. Donatio inter vivos acceptata nequit revocari nisi ob causas prædictas, l. 5. & ult. Cod. de revocat. donat. Quia jure naturæ donataria acquisivit dominium rei donatæ & traditæ, vis vero ad rem, si nondum fit tradita; nec leges dant jus revocandi nisi ob causas prædictas.

Quest. V. An donatio facta ad certum finem valeat, si finis ille non præstetur?

Resp. 1. Quando aliquis donat ob certum finem, si non intendat ad illum obligare, sed solum allicere animum, vel præbere media ad illum assequendum; si placebit, valida est donatio, etiam si finis non sequatur. Est communis sententia, ex l. 7. Cod. de condit. ob causam. Quia donatio non est conditionaria, sed absolute, & facta solum ex animo allicendi ad aliquid. Unde res donata potest acceptari & retineri a donatario, etiam si non habeat animum præstandi quod cupit donator. Si postea potest acceptare legatum sibi factum ut nubar, est non nisi nubere. Item valet donatio, quæ quis donat alteri, ut sibi favoreat in aliqua re, quavis hic non favoreat; quia principaliter facta est ad allicendum, non ad obligandum. Quod verum est, etiam si donator non donasset, si præstaret aliquid non esse allicendum, nam adhuc subsistit causa finalis, cum donet ut possit allicere, non autem sub conditione si facta.

si actu allicit. Peccat tamen graviter femina, quae munera accipit ab amato largiente ad alitendium eius consensum ad libidinem, quamvis ipsa nolit consentire eius prava voluntati: nam foret impurum eius amorem ac desiderium, & censetur illum approbare.

Resp. 2. Si donator intendit donatarium ad certum finem obligare, donatio corrumpitur, & res donata restitui debet, sine non impleto, si ille sit principalis finis donationis. *Est communis sententia*, ex l. 4. Cod. de condit. ob causas. Nam donator non vult rem esse alterius, nisi posita tali causa finali tanquam conditione.

Quaest. VI. An dolus vel error circa causam finalem irritat donationem, & promissionem gratuitam?

Resp. Affirm. Est communis sententia. Quia donatio & promissio gratuita fit sub conditione; si causa finalis subsistat; & quia causa finalis est motivum substantiale donationis & promissionis gratuita, quo proinde non subsistente, non subsistit actus: nam actus voluntatis non est, sublatio motus volendi. Ergo si fit error circa causam finalem, deest tunc volitio donandi vel promittendi. Sic si quis falso putans Titiam esse consanguineam, dorem ei promittit, vel donet, quia est consanguinea, haec promissio, vel donatio nulla est.

Hinc tenetur ad restitutionem. 1. Qui fingit se habere aliquam conditionem seu qualitatem, quae requiritur ut quis admittatur gratis in aliquod collegium vel hospitale, vel ut accipiat aliquod pium legatum. Item qui fingit se pauperem, ut recipiat gratis in seminario fundatum pro pauperibus aledis: nam ad hoc dolus & error circa causam finalem & conditionem, qua non posita, nulla est intentio donandi, nec ullum jus nascitur. 2. Qui accipit aliquid ob causam finalem. 3. Qui se fingit pauperem, tenetur accepta titulo elemosinae restituere vel donatori, quia adhuc illius sunt, nam non fuit voluntas dandi nisi vero pauperi; vel pauperibus, quia dum non constat donatorem revocasse voluntatem, censetur perseverare in priori voluntate dandi pauperi; unde tunc eius voluntatem exequitur.

Secus, si error fit solum circa causam impulsivam, quae nempe tantum movet ad faciendum, vel dandum promptus & facilius, non autem movet ad dandum simpliciter; quia ea sublata adhuc est voluntas dandi; ut si Petro vere pauperi sed simulanti pietatem, det elemosinam principaliter ob pauperitatem.

C A P U T III.

De Mutuo, & Usura.

Quaest. I. Quid est Mutuum, vel Mutuatio?

Resp. Est contractus, quo res numero pondere vel mensura constans traditur eo animo, ut statim fiat accipiens, cum obligatione reddendi similes in specie & bonitate, post lapsum temporis, ex l. 1. §. de reb. credit. & insti. l. 2. tit. 16.

Dicitur 1. Res numero &c. ut sunt pecunia, frumentum, vinum, oleum; nam materia mutui sunt res, quae in iure dicuntur fundibiles recipere, hoc est, quarum una potest fungi vice alterius ut vitium vini, pecunia pecuniae, & sic subsistit

pro alia, ex hoc. cit. 2. Traditur, quia mutuum traditione perficitur. 3. Ut statim fiat &c. nam per mutuum, dominium rei transferatur: unde ex instit. citat. Mutuum appellatum est, quia statim tibi datur, ut ex meo tuum fiat. Quare mutuarius sub suo periculo tenet rem mutuatum; sed omnes fructus ex ea percepti ad eum pertinent, nam res perit & fructificat domino. Hinc mutuum differt a commodato, locato, &c. 4. Cum obligatione &c. Per hoc differt a donatione. 5. Reddendi similes &c. Per hoc differt a permutatio, in qua res unius speciei datur pro re alterius speciei, v.g. frumentum pro vino. 6. Poplolum temporis: nam est intrinsecum mutuo, ut non statim reddi debeat, aliqui esse inutile mutuatario; & per hoc differt a cambio, ubi pro moneta aurea statim redditur argentea ejusdem valoris.

Quaest. II. Quomodo sunt obligationes mutuatarii, & mutuatarii?

Resp. 1. Mutuatur tenetur, 1. Monere mutuatarium de vitio rei, si quod fit, aliqui tenebitur de damno, cum ei causam dederit. 2. Non repetere mutuum ante tempus praescriptum. Quod si non sit constitutum, non potest repeti nisi post aliquod tempus iudicio prudentis assignabile, spectatis circumstantiis & sine ob quem datur, quamvis teneatur ante recipere. 3. Non plus exigere quam valuit res mutata: nam mutuum est contractus essentialiter gratuitus, & aliqui esse iudicium, & usura.

Resp. 2. Mutuatarius, ut patet ex natura mutui, tenetur 1. Reddere mutuum tempore statuto; quod si non fit constitutus terminus, quando mutuum rationabiliter repetat. 2. Si ex culpa sua non reddat tempore debito, tenetur compensare mutuantis, idam inde secutum & lucrum cessans, cum sit illius causa iniusta; nisi ex eo quod mutuantis tunc non reperit mutuum, prudenter iudicet terminum prorogasse. 3. Tenetur de omni causa sortuito, ita ut non liberetur, nisi cum mutuator mutuum recipere accepit vel per se ipsum, vel per alium a se designatum: quia tunc res semper manet mutuatarii, & sic ei perit. 4. Tenetur reddere rem ejusdem speciei & bonitatis, nec sufficit si solvat eius pretium, nisi alter sponte consentiat; mutuum enim eadem bonitate qua datum est, eodemque genere reddi debet, l. 2. §. de reb. credit. neque enim mutuum est venditio aut permutatio.

Quaest. III. In qua specie & bonitate res mutuatata reddi debet?

Resp. Secunda speciali conventionione iusta non potest exigi pecunia eadem in specie physica, sed solum eadem in valore, quem habuit tempore mutui, sive interim valor monetae auctus fuerit, sive imminutus, saltem si tempore mutui haec mutatio non fuit praevisa nec spectata. Ita communitur Theologi teste Delugo. Nam cum in pecunia per se spectetur solum valor extrinsecus, non entitas physica; & ex usu consistit speciem monetae postquam desinit esse valore, non ex materia, reddendo valorem, quem habuit tempore mutui, tantum reddi, quantum accepit. In aliis vero rebus, in quibus per se spectatur, & intenditur rei entitas, restitui debet in eadem specie physica, v.g. triticum pro tritico, & quidem in eadem mensura, sive pretium eius crevit, sive decrevit, quando tempore mutui haec mutatio non praevideretur, nec ad eam attenditur. Quia

cum

eum in his rebus entitas & bonitas intrinseca spectetur, reddendo eandem mensuram ejusdem speciei physicae, & bonitatis intrinsecae, tantum redditur, quantum acceptum est, & sic servatur aequalitas. Aliud est de moneta dum eius valor accrevit; quia in ea aequalitas valoris, non substantia spectatur.

Quaest. IV. An licet pacisci de reddenda rem mutuatata in eadem mensura & quantitate, vel pecunia in eadem specie physica?

Resp. 1. Si fit dubium, utrum res tempore restitutionis valitura sit pluris aut minoris, licet pacisci ut reddatur par mensura rei usque in se bona; & pro eo tempore accipere, quamvis interrim pretium eius valde creverit, ex cap. ult. de usur. Quia tunc par est contrahentium conditio, & servatur aequalitas; nam erga utrumque est aequalis spes lucri, & aequale periculum damni. Idcirco licet etiam exigere tot in specie physica nummos, quot dati sunt, sive valor mutetur, sive non, quando utrumque est aequale prohibite.

Resp. 2. Si certum vel probabilis sit, rem tempore solutionis plus valituram quam modo, vel valorem monetae augendum, non licet exigere parrem mensuram, vel parrem numerum nummorum, sed solum eam mensuram, quae tunc aequabit valorem praesentem rei mutuae, vel pretium aequale monetae. Ita Lessius, Delugo, Salas, & alii multi. Quia aliqui exigere ultra id quod aequivaleret rei mutuae, quod est usura: res enim tempore solutionis plus valebit, quam eo quod traditur. Hinc si sex modii tritici tunc valeant duodecim aureis, non licet triduum exigere, si tempore solutionis valitura sint quinquidem.

Excepit, nisi statim res vel monetam tuam usque ad illud tempus servare: nam tunc licet pacisci, ut moneta in eadem specie physica vel mutua cum eo incremento reddatur, deducta estimatione laboris, periculi & sumptus in ea re usque ad illud tempus servanda; nam tunc id exigere ratione lucri cessantis.

Quaest. V. An filii-familias etiam major, qui sub patria potestate constitutus mutuum accepit ab alio pecuniam sine consensu patris, tenentur eam restituere post mortem patris?

Resp. Ju-ta multos, immo communem sententiam, teste Lessio, non tenentur, etiam in conscientia, nequidem post mortem patris, si eam in iudicio, computationibus aut aliis rebus inutilibus consumpsit, & non putabatur esse sui juris. Quia iure civili nempe Senatusconsulto Macedoniano in Gallia & in Lotharinga vigente, tollitur omnis obligatio etiam naturalis ex tali mutuo: nam hoc in odium ac penam fit mutuantium, & ob bonum commune, nempe ad tollendam occasionem multorum malorum ac scelerum, fuit statutum a rep. seu principibus habente dominium alium in bona subditorum relate ad bonum commune; & aliqui lex non assequetur finem suum, nec satis provifum esse securitatis parentum, & alii incommode ac criminose ex illis mutuis sequi natis. Unde hinc privilegio filio-familias remittuntur non potest, quia non in eius favorem praesertim, sed praecipue parentum, & ad advertenda gravia mala concessum est. Et quia ius publicum privatorum patris mutari non potest, l. 38. de pass. Nec hoc mutuum confirmari potest iuramento, cum sit detrimentum tertii, &

boni publici. Et jurans potest saltem petere relaxationem iuramenti, quia obtrata, ad nihil tenetur. Idem dic si filio-familias merces fuerit vendidit credito, vel aliae res mutuo data in fraudem legis, ut scilicet ex illis venditis pecuniam compararet, l. 5. §. de Senatuscons. Maced.

Quaest. VI. Quid est usura, & quatuorplex?

Resp. 1. Usura late sumpta est quodlibet lucrum sine licitum, sine illicitum, vel fructus ex aliqua re perceptus. Stricto sumpta, ut hic sumitur, est lucrum temporale praesertim ratione mutui perceptum, vel quantum: sive lucrum immediate ex mutuo proveniens aut intentum. Usura est, si plus accipitur, quam deditur, ait S. Hieron. in c. 18. Ezech. Usura est, si plus quam deditur, expelles accipere, ait S. August. in Psalm. 36. Lucrum autem est id quod quis acquirit, cum aerea non esset suum, nec ei ex iustitia deberetur.

Dicitur, 1. Lucrum temporale, id est, pecunia vel quilibet pretio estimabile: nam ut ait S. Th. 2. 2. q. 78. art. 2. Secundum Philosophum, omne illud pro pecunia habetur, cuius pretium potest pecunia mensurari. Hinc non est usura mutuae ad acquirendam anticiam alterius; quia haec non est pretio estimabilis.

2. Ratione mutui; five expressi ac formalis, five virtualis ac impliciti. Unde lucrum aliunde proveniens potest esse iniustum, nec tamen usurarium, ut excessus iusti pretii ex re vendita. Et contra quidquid pretio estimabile ultra forem reddendum, five ante, five post mutuum datum, exigit vel accipitur tanquam ex mutuo debitum, usura est. Mutuo tamen gratis dato, si quid sponte ac liberaliter offeratur, id mutuum licite accipit, non quasi exigens, nec quasi ex aliqua obligatione tacita vel expressa, sed sicut gratuitum donum: quia etiam antequam pecuniam mutuasset, licet potest aliquid donum gratis accipere, nec peioris conditionis effectus per hoc quod mutuatari, ait S. Thom. 2. 2. q. 76. a. 2. sed in praxi non licet aliquid accipere a pauperibus, & raro ab aliis licet: quia raro donant sponte ac liberaliter; sed plerumque dant solum vel ad ulteriorem dilationem solutionis obtinendam, vel ex metu ne alias mutuum deinceps recusetur.

Resp. 3. Usura multiplex est, scilicet realis, mentalis, aperta, & palliata. Realis est ea, quae in mutuo deditur in partum five expressum, sive implicitum: cum mutuum expresse vel implicito declarat se velle, ut expellere aliquid supra fortem. Mentalis est, cum quis mutuat ex intentione aliquid lucrum ex mutuo percipiendi, eadem intentionem non significans ei cui mutuat, licet eam exterius exequatur, sed occulte & praesertim mutuantem. Unde usura alio sensu dicitur mentalis, quam alia peccata dicuntur mentalia; haec enim si vocantur, quia actu externo non consummatur: at usura dicitur mentalis, in quantum nullum pactum supponit, quamvis datione mutui, & receptione lucri exterius impleatur; sola enim voluntas percipiendi lucrum ex mutuo, si mutuum non datur, est usura pure mentalis.

Usura aperta est ea, quae percipitur ex mutuo explicito cum pacto expresse lucri. Palliata seu implicita est ea, quae provenit ex mutuo implicito ac virtuali, latente sub alio contractu, v.g. venditionis, depositi &c. qui tamen fit vel includit virtualiter